

(x1904425)

HELIANTHO SPLENDIDISSIMO

HAU SUO,

CELSIORI ITEM CELSO,

IMPERIAL. ACADEM. LEOPOLDIN.

PRÆSIDI AC
DIRECTORI,

PHOSPHORUS S.

*Prolixo animo paucissima hæc, aliâq̄
consecrat,*

Cum observantia & deb. Off.



WITTENBERGÆ,
Charact. MATTHÆI HENCKELII, Acad. Typogr.
ANNO M DC XC.

37





Vos, propter meritorum excellentiam, conjunxit nuper CÆSAR OPT. Idemque à Victoriis, ad Orientem Solem hætenus, quamdiu Domus AUSTRIOR. floruit, insolitis & gloriosis, MAX. nimirum LEOPOLDUS Noster, ac in ordinem Germanicæ Nobilitatis, Nobiles virtutibus, Personæ Majestaticæ Archiatros, Palatii Lateranensis Comites & Consistorii Imperialis, solemnissimo Diplomate creavit, certè inter suos adoptavit; hos, honoris gratiâ, conjungo Phosphorus, decenter. Gratulor deinde Vobis, Domini, non verbis ampliùs, sed pectore ab imo! Deum comprecatus, ut hæc famæ gloriæque præmia perpetua sint Vobis atque propria

pria! Sapientiam profesſis nihil dignius, ſubli-
miusqve nihil, niſi **SALIS ADMIRAN-**
DA, dedicare **VOLCKAMERO** meo,
SCHRÖCKIOqve, **LUCÆ F.** Patronis &
Collegis venerandis, potui. Et debui, in pri-
mis, quòd his demum proximis diebus (for-
ſan ſeriùs? ſolviſſem enim gratias maturè,))
Ephemeridum noſtrarum Annus, ex Decuria
ſecunda Miscellaneorum, ſeptimus, à Biblio-
pola hujus loci, aliàs Amico, munus acceptiſ-
ſimum exhiberetur. Offeret ſe commoda
occafio fortaffe, quando id officii abs me, per
ARGUM Oculiſſimum, Collegam Con-
junctiſſimum, Patronum ſingularem, exegi-
ſtis, ut in laudes inclytæ Academiæ **IMPE-**
RIALIS, libertate Oratoriâ excurram; for-
tibus ſimul, non ſpecioſis tantùm pugnatu-
rus armis contra lividos, qui Theonino den-
te rodunt Univerſitatem tantam. Cùm non
modò in Europæ Regnis exteris, *Britanni,*
Dani, Galli, Itali, Poloni, (ne commemo-
rem *Helvetios Belgasq;*) ſed ultrà **Garaman-**

) (2

tas

tas etiam ad Orientem Solem, *Indiam* vicario
regentes nomine Collegæ ambient ac admi-
rentur ; quin & IMPERATOR Augustissi-
mus ornare tuerique studeat potenter. Jam
hæc Hypomnemata non solùm, sed & ea, quæ
de HALURGIA Curiosa ACADEMI-
CA in schedas, ex abstrusioribus Naturæ,
aliquot conjeci, juris vestri sunt. Per Vos
asserantur, emendentur, per Vos suppriman-
tur ; dummodò Vos salvi sitis ! Sic valetè,
sic favete

Wittebergæ ipsis Nonis
Juniis, Ao. 1690.

VESTRO,

si meretur,

PHOSPHORO.



Appendix

HALURGIAE ACADEMICÆ.

Paucis plurima comprehensurus, Hypomnemata subjiciam hic, in compendio.

I.

Sine Salium cognitione accurata nihil in Chymia solidi, & magni usquam expectari, vel elaborari potest.

II. Δός μοι πᾶσα, ἐν γῆ ἀλμυρώδει, καὶ κινήσω τὴν ἀλγυρίαν.

III. Salia ex calce viva incredibilem in regno Minerali (salia ingressum quippe faciunt,) & Vegetabili, ne quid de Animalis dicam, usum exhibent.

IV. Sal urinosum frigida, sed calida sal parit, in communi, acidum.

V. Salia urinosa omnia, post correctionem sui, à corporibus jam liberata alienis, generis ejusdem sunt.

VI. Inter salia alia acida subtilissimum, in regno Vegetabili est Sp. vini, ut in Animalis, ~ urinæ, inter urinosa.

VII. In regni triplicis corporibus compositis duo naturaliter inveniuntur salia, sapore maximè contraria.

IX. Alkalia in acida mutantur salia, & sic reciprocantur invicem; cum uni demitur, & alteri confertur terra sua. Metamorphosis & Proteus πολύτροπος ex visibilibus corpusculis, invisibilibusq; oritur; hinc mille corporum compositorum transmutationes,

- IX. Modò dominatur acidum, sub jugum actò urinoso, modò urinosum, acido suppresso. Ex conflictu utriusque sal compositum fit neutrum.
- X. Sal *μαρμαίρεις* colligitur ex vitris; quæ Naturæ ultima & artis sunt, nec non sterilibus arenis ac lapidibus.
- XI. A sale pelluciditas potissima vitrorum est.
- XII. Integra \odot libra in destillat. vix ultra $\frac{1}{4}$ lb \ominus is exhibet.
- XIII. \odot . liberandum maximè à \ominus le suo heterogeneo; quem \odot tri purgatores nominant *den Schald*; hoc sal commune ac impurum adhuc est.
- XIV. Ligna putrida plus \ominus lis fixi dant, quàm cineres, ex lignis aridis combustis.
- XV. Salis vesci cubicæ figuræ ac moleculæ, particulæ \odot sæ verò sunt hexagonæ, aut conicæ, Cancrorum oculi injecti faciunt obtusa horum spicula. Ex instituto de his *Robert. HOOCK & LEEWENHOEK.*
- XVI. Comuni \ominus le saturata aqua, determinatam adhuc \odot i quantitatem, certam recipit vitrioli, & portionem debitam \odot nis: quod curiosum observatu est.
- XVII. Sal candidum, albedine ac luce plenum.
- XVIII. Flante Boreâ sal petrae crescit lætiùs, quàm Zephyro; aut Euro.
- XIX. Herbâ & flos memorabilis *ros Solis* sal ex aëre (salivam cœli, siderum sudorem eleganter *Plinius* appellat X. Hist. Nat. 12.) attrahit, sub forma guttæ aqueæ, Augusto mense, & Canicularibus diebus.
- XX. Herbæ *Kali* loco maximè *Anthyllis* cum *Seto* minori prodest, ad combustionem, salis famulam.
- XXI. Nil congelat, & nil coagulatur, absque \ominus le: Sal gemmis omnibus duritiem conciliat nec non metallis.
- XXII. Novi salis indies regeneratio falsuginis magnetem arguit in terris elixiviatis.
- XXIII. In φ o sal & falsugo est; sed non reciprocè.
- XXIV. Sal meritò vocari potest aqua, manûs quæ non madefaciat.
- XXV. Si \ominus li φ ri affundas \ominus φ , \odot verum inde oritur.
- XXVI.

- XXVI. Salia fixa, seu Alkalia, solius artis opera; ut urinosa maximè, producta sunt Naturæ.
- XXVII. Salia fixa & Alcalifata, per se etiam, in cryсталlos cogi possunt.
- XXIIX. Nescio, quid cogitaverit *Agricola* Tract. de H. ad *Johannem Poppum* notis? quòd metallorum omnium hostem juratissimum vocavit Nitrum.
- XXIX. Idem nihilominus ex vero docuit, Cryсталlos \ominus is dulces præparandi, methodum, sed circumspèctè observandam; Tract. de \ominus le p. 774. ad *Popp.*
- XXX. Sal fermentescere, aut computrescere in se non potest.
- XXXI. \curvearrowright * aperto vitro colloca in mensâ unâ, in remotiore altera accende Δ , & admitte auram, invisibiles visibiles reddentur spiritus, & magnetismo rapiente, etiam per distans spacium.
- XXXII. Salis beneficio, ad longum tempus, à corruptione liberum servari potest animal demortuum.
- XXXIII. Solâ aquâ falsâ plumbum verti posse in Δ m currentem, asserit *Becherus* p. 81. supplem. Phys. subt. mihi hæctenùs res non successit in Bi . limatura, & *Hallensi* muria.
- XXXIV. Idem ex lumbricis tradidit, se Nitrum præparasse; sicuti ex parietibus & muris sal petrae parturit Natura.
- XXXV. Sp. vini & \ominus \curvearrowright . quemadmodum & \ominus \curvearrowright . sine aperto igne obtineri potest.
- XXXVI. \ominus vescum sapore gratiori, & ad sanitatem propiore potest imbui.
- XXXVII. Incensus pulvis pyrius superiora petit, propter \ominus tri conicam in minimis figuram.
- XXXIIX. Pro solutionis & secretionis variatione, aliam aliamqve larvam præ se ferunt salia.
- XXXIX. \ominus lia volatilia blandissimâ & symbolicâ solutione solvere sine igne ac colligere, jucundum artificium. Optime descripsit *Etmiill.* l. i. c. 7. *Chim. Rat.* 3.
- XL. Idem verè docuit processum, in Muséo quovis \ominus \curvearrowright , etiam *ci, conficiendi, ad fornacem positâ arenâ.
- XLI. Quò plus boli, vel argillæ \ominus ro additur, hoc copiosior illius obtinetur spiritus. Sed ne quid nimis!

XLII, Præ-

44
77
275

XLII. Præcipitationes liquidorum corporum salinæ superant metallicas. *Glauberus* hîc meretur fidem oppidò, 2. part. p. 436. Germaniæ salut. Via duplex, humida & sicca est. Si Aqv. f. in qua solut. \mathcal{D} est, injiciantur \mathcal{Q} laminæ, aggredietur, uti constat, Aqv. f. \mathcal{Q} em, dimittet \mathcal{D} , postea in forma pultis albicantis. Huic si bacillum terreum immittas, relinquet Aqua f. rursus \mathcal{Q} em, aggredietur \mathcal{Q} , si adjicias eidem Zinckum, aliudve simile metallum, iterum relinquit \mathcal{Q} . pulveris in forma. Sic acet. \mathcal{Q} \mathcal{F} ii, lixiv. è cineribus fagi vitr. ol. \mathcal{Q} ri, corallia & uniones, acida, lac caseosum; primoq; nominandus \mathcal{Q} præcipitare \odot solet.

XLIII. Lepidum Phenomenon est, \ominus Apfynthii conficere posse, sine Δ , atqve Sole, vini generosioris ope, in profunda cella. Qui desiderat processum, consulat *W.* methodum de Sale, p. 121.

XLIV. Mercurio injiciuntur, à saliva hominis jejuni, compedes.

XLV. Saliva hæc fermenti stomachalis massam imbuit ac inficit.

XLVI. Salivæ beneficio (si herba quædam conteratur manè dentibus, & propinetur cani bolus carneus, aut salivatus panis) sympatheticè attrahitur invitum animal. Hûc digitum *Helmontius* intendit, de Magn. vuln. curat. n. 24. Cervi æstro perciti, salacioris hirci, aliaqve hîc non memoro miranda. Amor scilicet & odium ex salium diversitate, inter multa animalia, consurgit.

XLVII. Salia quædã concentrata per combustionem, parte decimã plus tribuunt fœcundi vineis & agris, quàm communis rusticorum fimus.

XLVIII. Quibus nimio plus humet lingua, vel arefcit, saporès minus commodè dijudicant; saliva enim debita, ministra est saporis.

XLIX. Exspuens salivam se ab omni dicitur contagio præservare posse, *D. Dobreszenskio*; faciant periculum, qui curant ægros.

L. Spiritus corporei sunt salia in aëre resoluta. Indicta sunt, quæ Naturæ rerum & Experientiæ respondent minus.

SOLI DEO GLORIA!

1077

HELIA
IMPE
PR
D
Prolix
Cha



DISSIMO
O,
POLDIN.
AC
RI,
S S.
æc, aliaq̄
Off.
BIBLIOTHECA
PONICKAVIANA
Typogr.



Kodak
LICENSED PRODUCT

KODAK Color Control Patches © The Tiffen Company, 2000

Inches 1 2 3 4 5 6 7 8
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

